



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

7. De præstantia religiosæ obedientiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)

548 MEDITATIONES DE
ratione castitatis religiosi habentur pu-
rissimi, & speculum virtutum omnium; in
puro autē speculo facile apparet macula.

MEDITATIO VII.

De præstantia religiosa obedientia.

1. **C**ONsidera præstantiam eius posse co-
gnosci ex iudicio & exemplo Christi
Domini: quicquid enim in hac vita egit,
quicquid dixit, etsi ex omnium aliarum
virtutum fontibus flueret, huius tamen fe-
re adscribitur. Ipse testatur se de cælo de-
scendisse, non ut suam, sed Patris faceret
Ioã. 6. volūtatem. Apostolus quoque vitam eius
Phil. 2. totam, mortem, & mortis genus ad ve-
nam obedientiam refert. *Factus*, inquit,
Serm. 46. in *obediens usque ad mortem, mortem autem*
Cant. *crucis.* Et S. Bernardus scribit, cum mori
maluisse, quam non obedire. Ratio huius
est, quia per obedientiam volūtas nostra,
sensusq; omnis cum Deo arctissime con-
iungitur; in qua coniunctione omnis ho-
minum perfectio, & angelorum consistit.
Imò nullæ virtutes, adeoque ipsum mar-
tyrium alicuius sunt pretii vel meriti, nisi
ad Dei voluntatem exequendā referantur.
Consi-

VOT
Co
re virt
rimur
nanc
omni
ardea
subni
patien
stans
ostēdi
est. Pr
terno
2. est
cat B.
am se
tem; 3
enim
quid
pugn
tius h
E
litter
holo
quam
offerr
per v
Greg
pria

2.
 Considera in hanc Virtutem omnes fe-
 re virtutes concurrere, quasi ad pulcher-
 rimum opus ex pluribus gemmis concin-
 nandum. Nemo enim se alteri homini in
 omnibus subiicit, nisi magno Dei amore
 ardeat, multa item fide in eum & fiducia
 subnixus, deinde profunda humilitate,
 patientia, fortitudine, & constantia præ-
 stans. Deinde nihil æquè eius dignitatem
 ostēdit ac materia ei subiecta, quæ triplex
 est. Prima est executio omnium operū ex-
 ternorum, quæ à Superiore imperantur.
 2. est mactatio propriæ voluntatis, vt vo-
 cat B. Gregorius, obediens enim non su-
 am sed superioris quærit facere volunta-
 tem. 3. abnegatio proprii iudicij, obediens
 enim id rectum & honestū iudicat, quic-
 quid superior præscripserit, modo non re-
 pugnet legi diuinæ. Quid autem præstan-
 tius homo habet, voluntatis & ratione? 3.

3.
 Considera Spiritum sanctum in diuinis 1. Reg.
 litteris obedientiam anteferre victimis & 15.
 holocaustis. *Melior est obedientia, inquit,
 quam victima, & auscultare magis, quam
 offerre adipem arietum.* Nec mirum, quia
 per victimas, aliena caro mactatur, inquit
 Gregorius, per obedientiam vero pro-
 pria voluntas, & libertas, qua nihil pluris

Mm. 3. in mus.

350 MEDITATIONES DE

In mundo aestimatur. Deinde si magni facis paupertatem & castitatem, pluris certe teneris facere obedientiam: paupertatis enim voto tantum obtulisti Deo bona externa, Castitatis tantum bonis & comoda corporis, at obedientiae voto interna animi bona, quae longe praestant corporis fortuna quae bonis. Denique nullae maiores victoriae obtinentur in bello spirituali, quam per obedientiam. *Homo obediens, ait Salomon, loquetur victorias.* Cuius causa est, quia dum sponte se subiicit alieno imperio, vincit se ipsum. *Qui dominatur animo suo, ait idem fortior est expugnare urbium.* Quae victoria tanto illustrior est, quanto difficiliore certamine nempe contra naturam, obtinetur.

Prou.
21.

Prou.
16.

MEDITATIO VIII.

De utilitate religiose obedientiae.

I.

CONSIDERA ex praestantia obedientiae derivari magnitudinem meriti, & copiam fructuum. Nam obedientiae beneficium non solum omnia bona religiosorum opera meliora sunt, sed etiam quae per se nullius sunt meriti, sunt Deo grata & meritoria. ut ex obedientia comedere, ambula-

re ani-